

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Hazael.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

opus est vestra opera, quod reliquum est, ipse facile per me perficiam, Abite. *M.* Vale ergo. *G.* Valete vos quoque. Nunc res mihi bene gesta est, abscondam hic hunc thesaurum, ubi eum nemo præter me sciat. Sed iam, ne meus herus aliquid suspicetur, si nimis diu absim, offeram me ei. *E.* Unde noster Gihezis? *G.* Nusquam equidem ivi. *E.* At etiam audes velle mihi verba dare? quasi ego non una animo adfuerim, cum homo de curru revertit tibi obviaim. c) Hoc cine tempus est accipendorum ullorum munera? improbe a te factum. Itaque pro isto tuo peccato, lepra, qua liberatus est Naaman, in te & in tua progenie in posterum hærebit.

## SENTENTIA.

*Bona spiritualia plerumque aspernatur mundus, quia splendore carent: Et apparatu mundano. Ne famulorum quidem consilium contemendum est. Sæpe etiam est olitor valde opportuna loquitus. Dona spiritualia non emuntur precio carnali. Avaritia mendaces facit Et homines in miseriam præcipitat. Dei spiritum latere frustra coneris.*

## HAZAE L. 2 Reg. 8.

## ARGUMENTVM.

Hazaeli percontanti prædictit. Elisæus mortem Benadadi regis Syriæ, & insuper ipsius Hazaeli regnum, & fævitiam erga Israelitas.

*Hazaël,*

c) Est tempus accipendi munera: est & repudiandi.



*Hazaël, Elisæus.*

**B**enadadus, Syriæ Rex, qui nunc æger est, misit me ad te, Elisæe, ad percontandum de salute tua. *E.* Renunciato ei, eo morbo levatum iri: & tamen Jova mihi interitum significavit. Heu! *H.* Quid tibi volunt ista suspiria, quæ fixo vultu ita alte trahis? *E.* O Hazaël! Hazaël! video quantum tum vastitatem sis Israelitis illaturus. Tu eorum ædificia incendes, tu juvenes ferro trucidabis, tu pueros elides, tu gravidas mulieres discerpes. *H.* Egone vilissimus homuncio tanta facinora potero? *E.* Ostendit mihi Jova, te fore Regem Syrorum.

**SENTENTIA.**

*Piis dolet populi Dei calamitas, quamvis merito  
divinitus illata.*

**J E H V S 2 Reg. 9.**

**ARGUMENTVM.**

Jehus ab Elisæi puero unctus Rex Israëlitarum, Joramum Israëlitarum, & Ochotiam Judæorum Regem, & Jezabelem Joramini matrem occidit.

*Puer Elisæi, Jehus, Dux, Speculator, Joramus,  
Israëlitarum Rex, Nuncius, alter nuncius,  
Jezabella.*

**H**abeo quoddam ad te mandatum, Dux. *Je.* Quem nostrum appellas: *P.* Te ipsum Dux: sedecamus intro. Jova te, Jehu, Deus Israëlitarum, hoc oleo per me ungit Regem suorum